



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Liber grandis, novus, & obsignatus. 30

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Officium *Beata Maria Virginis in qua habitares, eligere dignus es.* in hac Aula iubemur adorare Deum Psalm. 95. ubi eodem legitur: *Adorare Dominum in atrio sancto eius:* in Pfalterio Romano, ex cuius versione in Breuiario de sumptis sunt fere Antiphonæ, & versiculi; habitus: *Adorate Dominum in Aula sancta eius,* quod in versiculis Officii Epiphaniæ crebrius canitur, quare Ambrosius de instit. Virg. cap. 7. Dei Aulam eam vocat, *Mirum non est,* inquit, *praeter ceteros Ioannem locutum fuisse mysteria divina, cui praesto erat Aula caelestium Sacramentorum.* Idem epist. 79. *Aulam Regis aeterni,* & epist. 82. in fine Aulam regalem nominat. Arnobius in Plat. 14. eam virginem Aulam dicit. S. Fulgentius sermone de sancto Stephano, Christum ait trabea carnis indutum, de Aula veri virginis egressum. Et Augustinus serm. 17. de Natali Domini virginalem Aulam, & in lib. de Assump. Aulam Regis aeterni vocat. Anselmus de excel. Virg. in cap. 1. & 3. appellat Aulam, in qua Deus corporaliter habitaturus erat Chrylippus homil. de Beata Maria loquens cum Christo, *Surge Domine in requiem tuam; tua enim requies est virgo, & veteris tuae requies, quae tibi Cubile efficitur, & habitatio, ita Chrylippus. Bonaventura in speculo Beatae Virginis cap. 8. Maria, inquit, singulariter tam corpore, quam anima, est Aula Domini, & Ecclesia in quadam oratione sic Deum precatur, Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriae Virginis Mariae corpus, & animam, ut dignum filij tui HABITACULUM effici mereretur, Spiritu sancto cooperante preparasti, &c.*

Thalamus Sponsi.

29 **H**æc Psalm. 18. est Thalamus Sponsi, ex quo ipse Christus, tamquam Sponsus proceffit, & ita illam appellat Augustinus sermone 2. de Annunciatione, & sermone 14. de Nativitate Domini. Epiphanius sermone Psalm. 18. de Laud. Deiparae, & de ea exponit locum Augustinus psalmi citatum. Chrysostomus oratio. in Annunciatione. Deum loquentem Gabrieli inducit his verbis, *Abi, inquit, ad Thalamum Divinae humanitatis meae; ubi ad cubiculum ortus mei secundum carnem.* Augustinus tractatu primo in primam Ioannis, illius Sponsi, inquit, Thalamus fuit veteris Virginis, quia in illo vero virginali concubitu sunt duo, Sponsus, & Sponsa, Sponsus, Verbum, Sponsa, Caro, quia Verbum

Caro factum est. sic ille Proclus Patriarcha Constantinopolitanus de Deipara, *Hæc, inquit, Thalamus est, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsavit.* Thalamum appellavit Bernardus sermone de Adventu Anselmus de excellent. Virginis capit. 1. & Andreas Cretensis in oratione in salutationem Angelicam, *Gaude, inquit, Thalamus, in quo sibi Christus humanitatem Sponsam aduenxit.* Sanctus Antoninus 4. part. tit. 15. c. 21 § 1. Veterum virginalem Thalamum Sponsi vocat Cyprianus serm. de Christi Natiu. loquens de Deipara, *Spiritus sanctus, inquit, sanctimonia Thalamum honorabat.*

Proclus.

Bernard. Anselmus.

S. Anton.

LIBER GRANDIS, NOVVS,
& obfignatus.

Hæc est liber grandis Isa. 8. quin etiam novus iuxta septuaginta, in quo scriptum est stylo hominis, *Velociter spolia deirahæ, cis prædare.* De quo Andreas Cretensis oratione 2. de dorm. loquens cum Deipara, *Tu es, inquit, Liber verè viuis eius, qui in te tacite fuit inscriptus. Verbi paterni, unico calamo spiritus. Tu sola verè es novus Testamenti volumen à Deo scriptum, quod Deus ante fecit cum hominibus.* Ita Andreas. Et Damascenus oratione 2. de dorm. vocat eam volumen novum, in quo ineffabiliter Deus Verbum sine manu scriptum fuit Idem oratione 1. de Natiu. *Hoderno dicitur, qui omnia efficit Deus Verbum, quod Pater è pectore eruènti, Librum novum condidit Dei lingua à spiritu, tanquam calamo quodam in ipso consecrandum; qui quidem homini litterarum perito datus est, nec tamen ab eo legitur: Neque enim Ioseph Mariam cognovit, neque ipsius mysterii potentiam.* hæc Damascenus Georgius Nicomed. in oratione de oblat. Deiparae, ad ipsam illud Isaie 29. recit. *Eam, inquit, indicavit Liber obfignatus, quem nullus, Isa. 29. legit sciens. Litterarum; præter eum, qui obfignatus est serva vii supra rationem, cum charta significavit purissima, in qua Verbum sine scriptis impressum scilicet frandis chyrographum.* hæc Georgius Ephrem. ubi Ephrem oratione de laud. Deiparae, ad legis tabulas spectans, vocat eam tabulam scriptam, legem mortalibus afferentem, & chartam divinissimam Eusebius Cæsariensis lib. 7. de demonstr. Euangel. cap. 3. *Novus, inquit, Liber de Adventu Dei, qui continet natalia Christi filij prophetis Maria, S. Antonin. 4. p. tit. 15. cap. 5. S. Antonin beatam*

30 Virgo liber scriptus Isa. 8. est Christus. Andr. Cret.

Damasc.

Georg.

Nico.

Ephrem.

Euseb.

S. Antonin

Ysa. 8.

beatam Virginem dicit esse librum illum gra- dem Iſaie 8. vbi ſcriptum eſt Verbum incar- natum: Illam autem prophetiſſam, qua Iſai. loco citato dicit concepiſſe filium, cui non eſt inditum: *Accelera ſpolia deirabra, feſtina prada ri, Deiparam Virginem eſſe ex Baſilio in Iſai. 8. & Nazianzeno, & aliis dicemus cap. 23.*

Baſilius Nazianz. Cap. 23.

FERCVLVM SALOMONIS.

30 Virgo Fer- culum eſt Salomonis Cant. 3.

Hec eſt Ferculum, ſeu vehiculum, in quo Regia magnificentia geſtabatur Rex Salomon, quod ipſe Salomon Cant. 3. *Fecit ſibi de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum, media charitate conſtraui propter filias Ieruſalem.* De Virgine enim id explicat Andreas Cretenſis oratione ſecunda de dorm. Honorius in ſigillo, & Gulielmus Peryte apud Martinum del Rio in Cant. 3. Ideo Georgius Nicom. in orat. de oblat. vocat eam vehiculum (id eſt, Ferculum Regium) ſimiliter & S. Antonius 4. part. tit. 15. cap. 44. §. 7. Merito autem Deipara in hoc Salomonis ferculo adumbatur, quam verus Salomon Chriſtus ſapientia Patris, & pax noſtra fecit ſibi, hoc eſt in proprium vſum conſtruxit, vt in eius corde ſpiritualiter corporaliter autem in eius vtero, atque vltis digniſſimis geſtaretur, ligna verò libani, ex quibus ferculum illud conſtabat, erant, ex gloſſa interlineati: *Fortia, cel/a, ſpicioſa, odorifer, impuſtrabilia, atque candida.* Et his quidem lignis ſingula res, heroicae, atque eximiae Deiparae virtutes, quarum aliquas in cap. 21. attingemus, quibus eius ſpiritualis ſtructura conſtabat, ſignificatur. Virgine enim virtutes erant ad omnem hoſtium impetum ſuſtinendum fortes, proteſtitate ſua coelo proximae, ſpirituali pulchritudine de corae ad ſui dilectionem, vel ipſum Deum, qui concupit ſpeciem eius, allicientes; boni exempli odore ſtagnantes; contra omnem cariem atque putredinem diuinitus ita munite, vt eſſent proſus inamiſſibiles. quod non niſi peculiari Dei privilegio obtineri poteſt. Denique puritate ſua, atque candore omnibus coſpicuae, & illuſtres. Columnas porro argenteas, quibus pondus ſtructurae Ferculi innititur, ſeptem fuiſſe opinari licet, ſi numerum ſpectemus earum, quas Prouerb. 9. Sapientia excidiſſe ſcribitur, cum ſibi domum aedificauit, eaſque ſancti Spiritus dona nitidiſſima intelligemus, quae ex D. Thoma 2. p.

Anat. Oret. Honorius. Gulielmus Mart del Rio. Georg. Nico. S. Anton. Cant. 3.

Gloſſa interl.

Cap. 21.

Pſalm. 44

Prou. 9.

S. Thoma.

2. q. 68. art. 1. dantur, vt quis prompſius inueatur à Spiritu ſancto, quae dona repercuſſa argenti inſtar ſonum edunt auribus gra- tiſſimum hae autem dona tribulationis igne in Deipara illuſtriora ſunt reddita, iuxta illud pſalm. 11. *Argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuſplum.* Huius ter- culi reclinatorium fuit aureum, & per illud accipi poteſt tum Deiparae vterus, qui regio decore tanquam auro fulgebat, in quo nouem menſibus Chriſtus eſt reclinatus: tum etiam ipſa anima Virginis, in qua per gratiam perpetuò reſedit Chriſtus, & flagranti charitate tanquam auro fuluo nimis rutilat. Aſcenſus eſt purpureus, ſiquidem virtute ſanguinis Chriſti, cuius efficaſiam praſtantiffimo modo Virgo eſt conſecuta, meritorum ſuorum verticem in ſublime ſupra omnes erexit: quare cap. 8. de ea dicitur, *Qua eſt iſta, qua aſcendit de deſerto delitiis aſſuens innixa ſuper dilectum ſuum.* Fuit quoque Aſcenſus eius purpureus, quoniam ad altiffimam in caelis ſedem aſcendit non abſque labore, atque ſui mortificatione, vt cap. 12. dicemus, pluri- ma pro Chriſto patiendo, cuius animam iuxta Simeonis vaticinium in Chriſti morte doloris gladius ita petraſſit, ut Bernardus, & complures alii, eam pluſquam martyrem appellare non dubitent, quemadmodum cap. 21. oſtendemus, quin etiam, vt ex quadam reuelatione reſert S. Bonauentura in meditat. vitae Chriſti cap. 3. *Nullam gratiam, donum, vel virtutem habuit Virgo ſanctiſſima à Deo ſine magno labore, continua oratione, ardenti deſiderio, profunda deuotione, multis lacrymis, & multa aſſuſione, excepta gratia, qua primum in vtero ſanctificata fuit.* hae c. ibi. Denique Aſcenſus purpureus indicat regiam dignitatem, cuius poteſtatis inſigne eſt purpura, ad quam dignitatem fuit euecta, facta Regina Coelorum, & Angelorum, ac reliquorum omnium Domina. Media denique huius ferculi charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem, interna enim miſericordiae viſcera huius Virginis tanta erga omnes dilectione flagrant, vt charitate conſtrata ſint, ita vt nemo ſit, qui ſe abſcondat à calore eius. *Non enim* (inquit Bernardus ſerm. 1. de Aſſump.) *dubitare poteſt, omnino in aſſectum charitatis tranſiſſe Maria viſcera, in quibus ipſa, qua ex Deo eſt charitas, nouem menſibus corporaliter requieuit, praecipue tamen erga filias Ieruſalem, eos nimirum, qui ad conſolandum*

Pſalm. 11. Cant. 11.

Virgo cur n. Deu. Pſalm.

Cap. 12.

And. Oret. Bernad.

Cap. 11.

Bonauent.

Cant. 11.

Bernad.

conſolandum